1190. Borgo S.to Stefano. Morbio 9 (22)

In nomine domini dei eterni. Anno a nativitate
domini nostri ihesu christi Millesimo. Centesimo.
LXXXX. die dominico qui fuit. XV. intrante mense
Aprelis. Indictione. VIII. Constat me Alvernatium
filium quondam Alberici de adlerta habitator in burgo
sancti Stefani qui professus sum ex natione mea longobar
dorum vivere lege. pabola (?) nadine uxoris mee que
senatus consulto ut ius vane renutiavit. Et cum intero
gatione propinquorum parentum meorum. hii sunt Vvido
de flamingis pater meus. et girardinus frater meus. In
quorum presentia et testium certam facio professionem me
nullam pati violentiam a quoquam, preterea hoc. nec ab ipse iu
gale mea. nisi mea bona et spontanea volontate
accepisse sicut in presentia testium manifesti sumus.
Quod accepimus a vobis henrico filio iohannis boni deru
fino et per te a Rodulfo fratre tuo vice Iohannis boni patris
vestri. quinque libras mantuanorum finito pretio sic inter nos con
venimus nominative pro ista parte prati et terre et nemo
ris. quam nos habere et possidere visi sumus in campo
Somario prindiviso cum filiis contradinis que partem
berardus ruvidus et Iohannes Iohannis de holbro tenere
solebat. Quam autem illam portionem iuris nostri sup(ra)
dicti. una cum accessione et ingressu suo. seu
cum superiori et inferiori eius rei qualiter superius legitur in
tegrum. Ab hac die vobis germanis emptoribus nostris. pro isto
pretio. vendimus. tradimus et mancipamus. Et nulli alii
vendita donata. alienata. obnoxiata. vel tradita
nisi vobis. Et faciatis exinde a presenti die et orae vos.
heredesque vestri. aut cui vos dederitis iure proprie
tario quicquid volueritis sine omni nostra heredumque nostrorum
contradictione. Quidem et spondimus. Atque promittimus
nos ipsi supra iugales venditores una cum nostris heredibus
vobis germanis. vestrisque heredibus. aut cui vos dede
ritis predictam nostram portionem qualiter superius legitur in integrum. ab omni
homine defensare. Quod si defendere non potuerimus.
aut si vobis exinde aliquid per quodvis ingenium subtrahere que
sierimus. tunc in duplum eandem venditionem ut supra legitur
vobis restituamus. sicut pro tempore fuerit meliorata aut
valuerit sub extimatione in consimili loco. Et nichil
nobis iugalibus ex ipso pretio amplius dare debetis dici
mus. Actum est hoc sub porticu venditorum feliciter.
Signo. +++ manibus Alvernatii. et nadine iugales
qui hanc cartam fieri rogaverunt. et ipsum pretium acceperunt. et omni suo
iuri renuntiaverunt. Signo. +++ manibus propinquorum
qui eam interrogaverunt. Signo. ++++ manibus
boni flamingi. Girardi de tesinia. Manfredi de
oculo. Alberoni de antelmo. qui omnes ibi fuerunt et rogati sunt
testes. hii sunt vvido flamingus et girardus eius frater

Ego Wilielmus imolensis imperatoris notarius. his interfui
et rogatus hanc cartam scripsi et post traditam complevi
ac dedi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1761439944-19/fragment/page=0001
DFG

[illegible]
[illegible]
Samaria

N° 1133

1190
Cas. d. ept. Tarpolamaſto neaditia q
fecit Alanu & ſlu peo . . . maius
rx iqteno . xxuij inſtru

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle

Morbio 9 (22)

1190. N° 1133.